

BV11177

Patres ut juxta animum Concilii Quebecensis Prov. III. unusquisque fidelium secundum facultates suas sive ædificandis, sive asservandis Ecclesiis, et similiter suo pastore sustentando præsto semper sit, et ex justitia et in conscientia debita solvere tenentur fideles, qui labore et muneribus spiritualibus Sacerdotum fruuntur.

#### DECRETUM XVIII.

##### *De Ecclesiarum Parochorumque Redditibus.*

Memores, litium jurgiorumque occasiones, juribus clare definitis, aptissime præscindi, desiderioque flagrantes ut omnes inter jura Ecclesiæ et jura Pastorali dissensiones, quæ fidelibus scandalum, ecclesiis vero, eorumque decori detimento esse possent, quantum fieri potest, præcaveantur, Patres hujusce Concilii statuendum esse arbitrii sunt, quinam reddituum Ecclesiæ, quinam vero Sacerdotibus ipsis obvenire deinceps oporteat.

Redditum igitur Ecclesiæ nomine venient.

1. Pecuniæ locatione scamnorum Ecclesiæ percipiendæ.
2. Pecuniæ ad Offertorium Missæ colligendæ.
3. Dimidia pars earum, quæ fideles, exsequiarum occasione, in Ecclesiis offerre consueverunt.
4. Redditus Coemeteriorum.

Parochi vero redditus reputentur.

1. Jura, Baptismi, Matrimonii ac Sepulturæ occasione percipienda.
2. Dimidia pars altera earum quæ exsequiarum in Ecclesiis occasione passim offeruntur.
3. Dona fidelium voluntaria tempore paschali et natalitiis Domini animarum pastoribus oblata.